



A Santa Sé

PIUS PP. X

EPISTOLA

*QUAM TU**

AD HENRICUM ARCHIEPISCOPUM HISPALENSEM

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Quam tu et Venerabiles Fratres, qui tecum in unum convenerant, misistis ad Nos epistolam, ea Nos valde delectavit, non solum quia vestram et populorum vestrorum declarabat in Nos pietatem, solemnibus sacerdotii Nostri gratulantibus, sed' etiam quia pastorale studium vestrum indicabat. Intelleximus enim ob eam causam una vos fuisse, ut primum de sacris concetibibus ad praescriptum Nostrum temperandis ageretis, deinde ut catholicorum coetum de re sociali, istic habitum, uti ässolet, per septenos dies, praesentia vestra honestaretis. Illud scilicet postulabat a vobis dignitas divini cultus, hoc utilitas christianaee societatis: quod utrumque vobis esse cordi, gaudemus. Quare et de vestra munera diligentia tribuimus vobis laudem, et pro vestro in Nos officio gratias agimus. Haec tu ceteris Venerabilibus Fratribus sighifices, mandamus; itemque cum iis Apostolicam benedictionem communices, quam divinorum munerum auspicem, tibi, Venerabilis Frater, collegis tuis, et uniuscuiusque vestrum gregi amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Decembris MCMVIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

PIUS PP. X

*AAS, vol. I (1909), p. 139.

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana